Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Predigten - Cod. Aug. perg. 118

Gregorius <Nazianzenus>

[S.l.], [9. Jahrh./10. Jahrh.]

De reconciliatione et unitate <monachorum>

urn:nbn:de:bsz:31-66157

Visual Library

quos iudicas. a quo omnis et in presenti
et in futuro. misericordiam speramus.
per Christum dominum nostrum uiuentem secum. et
regnantem cum sancto spiritu in secula seculorum. Amen.
Explicit. DICTA DE HIEREMIA PRESEN
TE IMPERATORE. INCIPIT DE RE
CONCILIATIONE ET UNITATE IN
Linguam nostram. Hac horum
soluit alacritas. et hominum legem
contempnimus. propter sancti spiritus legem.
Nec cedimus cuiquam. sed pacis iam uer
ba proferimus. Ante hoc dum aduersum
se membra certarent. dum sanctum et uene
rabile corpus Christi diuideret et scinde
ret in partes. cum paene ossa ns̄a dispersa
essent secus infernum. et uelut crassitudo
terre aratro pessimo disrupta sulcis pro
fundioribus scinditur. cum indiuisibi
lem et insecabilem tunicam Christi. quae
desuper fuerat contexta per totum disrumpens
inimicus et scindens hoc nobis ministris
agere praeualuisset. quod pilatus facere non
potuit qui cruci fixerant Christum. cum in quibus
haec ita essent. tunc ego posui custodiam

ori meo · & labiis meis silentium dedi · qm̄
quidem uidebam consequenter · prius
opere philosofiæ purgari debere mentem ·
& ita demum aperire os · & adtrahere sp̄m
atq; eructare uerbum bonum · & loqui di
sapientiā p̄fecte inter p̄fectos; hic enim
mihi ordo spiritalis uidet̄ esse sermonis.
siquidem secundum sententiā sapientissi
mi salomonis · omni rei tempus est · multo
magis & loquendi ac silendi tempus est.
cuius temporis nos nequaquam latuit in
tellectus; Propterea ergo obmutui & humi
liatus sum & silui ab omni bono · & uelut
nubes quaedam supposita cordi meo ra
dios sermonis obtexit · & dolor meus reno
uabat̄ die ac nocte · Ante oculos enim
adducebam dissensionem ac discidium
fratrum · & mente atq; animo tabescebam ·
consumebar in uigiliis · in ieiuniis · in ora
tionib; in lacrimis. Callus iam genibus
inherebat · infligebam uerbera pectori &
gemitus de p̄fundo cordis ac de archanis
uisceribus longa suspiria p̄trahebam · per
uigilesq; noctes cogitationū seditione ducebā.

nec solito sibi inhęrere mens pgebat ad dm̄.
dum a conuulsionem & abscisionem fratrū
lamentarer interris. Desiderabam enī.
& intentis ac pendentibus oculis require
bam. uidere cupiens semillū psallentiū
chorum. & gloriam offerentium dō in
ęcclā cupiens aspicere illos qui in lege
dn̄i meditant͂ die ac nocte. & exultationes
dīsunt in gutture eorum. quia ad exem
plū & commonitionem melioris uitę.
cęteris omnib; uiuunt. legis dī atq; euan
gelii xp̄i taciti predicatores. in quibus
ipse quoq; habitus prefert uirtutis insig
nia. hirsutum capud. incomptis & hor
rentib; comis. & quantum sufficit adton
sis. Pedes nudi & apostolici similes in
dumenti. uilitas adrogantiā sc̄li super
biamq; condemnans. Zona ipso sui neg
lectu preciosior. parum quid cohibens
uestimenti. quantum euagari non sinat.
non ut ultima saltim membra denudet
incessus ordinat͂. oculos non oberrans.
Numquā ridentes. sed placide subridentes.
& magis ut intemperantiā risus cohibeant

& conprimant subridendo. sermo cum
ratione probatur. aut silentium uerbo
praeciosius; laudando nonnumquam &
quantum adhortationi sufficiat magis
quam adulationi. increpatio conlauda
tione gratiosior. tristitiae ac laetitiae iure
iustissima. uel certe commodissimum
ex utroque temperamentum. lenitas cum auste
ritate. libertas cum uerecundia. ita ut
alterum non inpediatur ex altero. sed al
terum ornetur ex altero; misceri turbis & se
cedere ad secretum. utrumque agere cum
mensura. ut in altero ceteris consulant.
qui ex eorum uisione proficiunt. in altero
per spiritum sanctum de mysteriis inluminentur.
& in illo hominibus, in hoc deo iungantur; commu
nem uitam sine communibus uitiis agentes.
secretam uero non absque communi ducen
ter ducentes fraternitatis affectu. & quae
maiora omnium sunt & clariora. in pau
pertate diuites. nihil habentes & omnia possi
dentes. in humilitate gloriosi. in infirmi
tate fortes. sine coniugiis filiorum patres.
eorum qui non ex carne. sed ex deo nati sunt.

quibus labor delicie. qui humiles sunt
pro celestibus nihil habentes in mundo et su
pra mundum uiuentes. qui in carne positi
extra carnem uiuunt. quorum pars dominus.
Propter regnum pauperes. et propter paup
tatẽ reges. Isti meque cum presentes essent.
magnũ faciebant et clarum. Isti sunt omnis
mea substantia. isti mee diuitie. isti
uoluptas et diliciae meae. Propter hos
ergo absentiã et auersionem affligebat
anima mea. et nouis torquebat excrucia
ta suppliciis. Propter istos ego sicut lugens
et contristatus ingrediebar. propter istos
cum ceteris omnibus bonis a quibus silui.
etiam a sermone cessaui. quoniam calcitrauerunt
dilecti. et conuerterunt ad me dorsa sua. et
non faciem. et effecti sunt grex pastore
liberior. ut ne dicam insolentior in pas
torem. quoniam quidem conuersa est in ama
ritudinẽ mihi uitis uera. quae bene pur
gata fuerat ab agricola patre ut fructum
plurimũ adferret. si maneret in uite
uera. Amici ergo mei et proximi mei.
aduersum me adpropiauerunt et steterunt.

& paene diuisimus xp̄m amatores dī. &
amatores xp̄i. aduersum nos inuicem
coepim̄ pueritate mentiri. & p nimiam
delectionē nimia odia coepimus exercere.
& ut angularem lapidem in nobis struere
mus. aedificium destruxim̄. propter
pacem mouimus bella. & pro eo qui ex
altatus est in ligno. nos ad solū deducti
sum̄. & pro eo qui sepultus est & resurrex.
p nobis in mortem dilapsi sumus. Haec
antea. sed quid nunc praesenti admiscem̄
ista lacrimis? quid nunc texim̄ tristitiae.
iuuat ista reticere. iuuat horrorum omnē
paenitus abolere memoriam. iuuat haec
aeternis damnare silentiis. pius si forte ob
hoc solum reminiscamur. ut expti pigeat.
ut refugiat anim̄. ut mens huiuscemodi
porrescat exempla. & sicut in languorib;
postquam conualuerit eger. libenter a me
dicis initia morbi sciscitatur. & causas egri
tudinis pcontatur p quas languor inrepsit.
ut de reliquo se ab huiuscemodi occasioni
b; cautius & diligentius seruans ne rursum
incedat mala. ita & iam a nob recordatio

habet praeteritorum ad cautelam et
munimentum futurorum. Verum
nunc habitu. abscessit. aut fugit dolor
et tristicia. et gemitus. Cum facti sumus
unum qui sumus dni unius. qui trinita
tem concordi unitate ueneramur. qui
di sapientiam praedicamus. in qua nihil
stultum est. qui spu di agimur. non in dis
sensionem. sed in pacem. qui unum spm
in unitatem putauimus qui in ueritate
unum et sentimus et loquimur. qui di
ei sumus. ut sicut in die honeste ambulemus.
qui ianuam habemus xpm sine dubio ne errem
et ostium. ut ab eo intra unum ouilem clau
damur. qui a unius pastoris oues sumus.
regentur nos non inuasis pastoris imperiti.
R neq. exterminantur oues gregis. nec ep deuo
rear lupis uel agentur ad precipitia.
sed animam suam ponentis pro ouibus suis.
quia exemplum habemus eius qui p nobis
passus est. pro eo ut et nos inuicem conpati
amur. et inuicem onera nostra portemus.
qui corpus sumus capitis praetiosi. quod
conexum. et conligatum p omnem uncturam

sub ministrationis. crescit in templum dĩ
in spũ; Qm̃ igit̃ qui facit om̃a & commutat
atq; conuertit. commutabit & iã luctum
nostrum in gaudium nobis. & disrupto sacco
praecinxit nos laeticia. Nos quoq; cum illis
omnib; quae transierunt tristibus & adũsis
pariter & iam silentium deponamus. & p
feramus ad uos nunc primum sermonem.
Immo potius p gratiarum actionem dõ uer
bis uictimam iugulemus. Haec enim
a nobis offerri dona aptius est & dignius.
quam auri argentiq; donaria. quã gemmis
pretiosis ornamenta distincta. Hostia
haec regali illa hostia dignior. & primitiuorum
oblatione sacratior. quae placebit dõ sup
uitulum nouellam cornua p ducentem
& ungulas. gratior in ceno composito. holo
causto nobilior sup milia agnorũ pinguiũ
acceptior. quibus inbuebat̃ uel imitabatur
paruulus isrl. cum in carnalib; uictimis ad
umbrabant̃ hostiae spiritales. Hanc ergo
iugulo uictimam dõ. haec ego dona offero.
quae mihi sola dereliqui. quae solae sunt di
uitiae meae. Cetera enim relinquere suasit

mandata religio. & spi sci commonitio. ut
unam pretiosam margaritam pro omnib;
commutarem; si quomodo forte effici pos
sim negotiator regni caelorum. qui corrupti
bilibus & paruis magna & numquam corrū
penda mercarer. Sufficit ergo haec mihi sola
uerbi possessio. quia & solus uerbi sufficit cult.
& obto si faueat & uiuat diuina sapientia
hanc semper excolere possessionem in his me
agris & noualib; exercere. Ex istis segetib;
colligere frumenta. & facere panem cor ho
minis confirmantem. & ex istis uineis pre
mere uinum. quod laetificat cor hominis;
Ex istius possessionis fructib; opto exhibere
conuiuium. & conuocare uos primos ami
cos. & caros dni mei. uos frs & conseruos meos.
Tum deinde opto & caecos & claudos. & mancos.
& debiles reficere. in quantum suggerit uerbi
possessionis ubertas. ut pro eorum salute retribu
tionem sperem in regno di. Tantum est
ut adesse dignetur sapientia di. & efficia nobis.
secundum salomonis uerbū. uitae totius
comes. & consiliaria. & confabulatrix. & ut
praecedat uias nostras. & foueat nos;

huius enim si habeam consortium · sperno
om̄a & despicio quae deorsum sunt · quae
de terra sunt neglego · q̄m quidē maiorum
uerbi dī amore constringor · & in illo omnis
affectus mentis n̄r̄e transfunditur · quo ad d̄m̄
ducamur · Dic inquid salomon sapientiam
sororem tuam ēē · & quidem honoraui eam ·
& conplexus sum prout potui · & quero ab ea
promereri capiti meo coronam gratiarum ·
& ipsam habere delicias · ipsam habere diui
tias · ipsam habere lucem inluminantem cor ;
hanc mihi opto effici frenū quo refrenem
furorē · quo cohibeatur iracundia · quo conper
catur cordis tristicia · quo conprimatur ignis
libidinum · quo hodiorum restringuatur in
sania · quo amicitiarum foedera conmoderentur ·
haec me diuitem pauperem facit · haec pau
perē magnanimū reddit · haec me rectecur
rentib; sociat · haec lapsis porrigere manum
suadet · & infirmis conpati · & ualentibus
conlaetari · cum haec & peregrina & patriā
aequaliter fero · haec locorū inmutatione ·
animum non facit commutari · haec mihi
discernit & diuidit mundos · & ab alio q̄dem

abstrahit. ad alium uero deducit. haec me
dexteris armis. sinistrisq; communit. haec me
in prosperis efferri non patit(ur). & concedere
non sinit in aduersis; spem subiciens in
omnib;. quae utiq; numquam confundit. dū
malorx presentium pondus futura beatitu
do solatur. haec ergo nunc quoq; mittentem
me inutilem seruum suū & conuocantem
ad cratere suum. Ego uos meos & conseruos
& fr(atre)s ad hanc mensam eius inuito. & exibeo
uobis opulentas eius & rationabiles dapes.
& misceo uobis perennem ac spiritalem cra
terem. Nec quicquā in hoc eius conuiuio si
mile inuenietis his. quib; in ministerio carnis
destruendis dapib; & ipse destruendus disten
dit(ur) uenter & inexplebiliter semper explatur.
Nunc usq; ergo fratres tacui. sed numquid
semp tacebo. Sustinui sicut parturiens.
sed numquid semp sustinebo. Nam zaccha
riae quidē soluit silentiū editus iohannes
in lucem. Neq; enim ultra dignū erat patrē
uocitacere. cum uocem ipse genuisset;
Sed utiq; conueniens fuit. sicut non credenti
de uocis partu uincta est lingua. ita uoce p(ro)ge

nita resolui uincla sermonis; Nata est ergo uox
& lucerna uerbi precursor & solis. mihi autem
linguam resoluit & exaltat uocem uelut tubę
conspectus uester. & congregatio & reconciliationis
laetitia. Quoniam filii dei qui dispersi erant congre
gati sunt in unum. & in domum dei conuenerunt
in consensum: & in unam unitatem aedifica
tionis coeunt. iungente & coaptante spiritu sancto.
Nec iam ultra in unitate constrictus ullus ini
mico subintroeundi aperitur locus. iam non
furamur ab alterutro nec malis nostris exultamus
inuicem. Nunc iam iudas & israhel ponunt sibi
principatum unum. & hierusalem ac sama
ria ad illam unam quae in supernis est hierusa
lem congregantur & tendunt. Iam non est paulus
neque apollo neque cefas. per quos unus aduersum
alterum inflatur pro alio. sed omnia & in omnibus xps.
Quoniam ergo iam & me habetis & uerbum non ab in
uito extorquetur. proloquar ut possum quia iu
betis. & proloquar gratiarum actionem. sed uerba
commonitionis. quamquam quis digne loquitur
potentias domini. & auditas faciat auribus omnium
laudes eius. Quoniam factum est utrumque unum & me
dius paries saepis resolutus est & destructus,

qm̄ liberati sumus. cum etiam essem parabo
la in gentib; & commotio capitis in plebib;
in tantum nos adflixisti dne̅. quantum suffi
ceret bonum pacis p discidii intellegere diffe
rentiam. & potiorem inimicitiam docuisti nos
caritatis bonum; O incredibilem atq; inaesti
mabilem medicinam; dolorem inflixisti ut
quid boni esset sanitas nosceremus. ut aduersis
curarentur aduersa. Discessimus. sed iterum con
puncti sumus. Quanto diffusius segregati sumus.
tanto ardentius & constrictius adunamur.
uelut si quis arboris ramum in aliam partem
ui detorqueat & inflectat. Cum fortiter emiserit.
continuo in id qd fuerat ad matris pectus re
currit. & naturae prioris obtinet locum. atq;
ostendit qd uiolenter quidem declinatus
fuerat non tamen redierit uiolenter. Quis
digne gratias referat dō. qd ultra iam non eri
gitur manus aduersus oculum. neq; oculus
despicit manum. qd non insurgunt pedes ad
uersum caput. neq; caput alienos a se de
putat pedes. Non amplius ledentes quam ipsi
leduntur. ex inquietudine & inoboedientia p
quae tur fasq; soluuntur. Sed etiam eadem inuice

p̄ se cogitant menbra & agunt om̄a diuinis
legib; & est oīa eccła unum corpus & unus sp̄s.
sicut uocati sum in una spe uocationis nr̄ae.
& ppterea populus paup laudabit te dn̄e.
Quies effectus ex paupere. qm̄ mirificasti mag
nificentiam tuā sup nos. ut & iam haec scri
bant in generatione alterā. & ut posteris
nuntient. quia ubi abundauit peccatum.
sup abundauit gratia. qm̄ sparsa sunt grana.
sed ascenderunt spicę. Qm̄ oues lugebam.
& inuenim pastores. & ut ego noui suscipi
m & iam illū pastorem obtimum. qui per
spm̄ quidem adsumptus est & accipit ta
lentum nummularius pro gandū. & gregis
ei cura commissa est. & in sacerdotiū unct
est. & manus eius consummatę sunt. & iam
si adhuc differt curam gregis suscipere. & con
seruat adhuc sub modio lucernā quam mox
certus sū. qđ sup candelabrū ponitur omnis
anima quae intrat eccłę domum. uideat lum
magnū quo inluminent semitę omnium nr̄or.
Adhuc enim nunc montes collesq; considerat.
adhuc fluenta fluminū percontatur. & p
spicit loca in quib; insidiis occurrat lupor̄.

ut in tempore oportuno · tenens baculum
pastoralem · pascat gregem rationabilem ·
pariter cum magistro & dño pastorū · in loco
uiridi conlocans eū; uiriditatis & uiui uer
bi di reficiens pabulis · & sup aquā refectionis
educans · spr sci mundationibus rigans;
Haec ergo futura & speramus · & oramus ·
Nihilominus iam tempus est · ad ea quae dixi
etiam uerba commotionis adiungere ·
quae quam potero breuiter explicabo;
Qm quidem preuentis pene a uobis uidemur
operib; ea quae nos commonemur in uerbis ·
Oportuit ergo frs · non incedere in haec neq;
gratiam concordiae nrē · separationis in
dignitate maculari · Qm quidem p con
cordiae & unanimitatis donum · cum es
semus grex pusillus & paruus · uidebamur
in gentib; & numerosis gregib; exaequari ·
Immo uero quibusdam etiam praeponi per
gratiam spr sci; Qm quidem in aliis
alius decor · ut in paruis t etiam in magnis
officiis & donis · nri uero gregis hoc
erat incomparabile & singulare nimis ·
Qd et in omni pace & in omni quiete degebat ·

ita ut frequenter etiam arcae noe conparari
posse uideretur. quae sola potuit totius mundi
diluuium inconcussa superare. Uerum
quoniam inuenti sumus et nos homines esse. et non
potuisse paenitus effugere aduersarii in
uidiam neque languores illius. qui omnis paene
optinet. altiores effici quiuimus. sed com
munis omnium labes nos quoque contingere
praeualuit et uexare. ita ut optimam illam
et laudabilem et paternae concordiae et una
nimitatis hereditatem quam soli cepisse pre
ceteris uidebamur. non potuerimus in finem
usque seruare. Tamen non parum etiam in hoc
si tamen et miseriae habenda est conparatio.
habere differentiae uidebimur. quod et ultimi in
cidimus in communione hanc labem. et primi pae
ne emendare potuimus. quoniam infirmari qui
dem naturae humanae commune est. Cito uero
requirere medicum et adhibere curam uigilan
tis et prudentis est sensus. et per gratiam domini
inluminati. qui nobis praestitit plura. quam
uel petere uel sperare possumus. Nos enim
cum eos suscepimus qui pro catholica fide et uerbi
dei ueritate ceruices suas minantibus gladiis

subiecerunt. Nec inimicos eos iudicassem
qui per consonantiam fidei fratres se esse & consangui
neos designabant. Licet parum quid de pa
terna successione inter se discrescerent non
hostili discidio sed simultate fraterna. Con
tentionem quidem eorum & simultatem q; emi
nime laudauimus. fidei tamen zelum confes
sionemque suscepimus. considerantes haec quod
facile curari possunt humanae dissessiones
in quibus pax fidei & pietatis ueritas constat.
Propterea ergo suscepimus ut pietatis praedi
catio. & cultus priorum consortio ac societa
te proficeret. & in tantum fu[illegible]u sumus furta
caritatis. Non ut domesticos fugaremus.
sed ut sociorum multitudine cresceremus. Uos
uero multo & mero spiritu feruentes. omnem
litterae relinquentes intellectum. ad solum
spiritum confugistis. nihil prorsus uerborum
simplicitati & rebus uisibilibus concedentes.
Nos autem qui hoc solum impium ducimus si quis non
in omnibus absque ullo prorsus offendiculo
de trinitate sentiat & de una saltem aliqua
ex tribus personam minus aliquid aut inferius
dicere audeat. aequum atque idem esse

credim in una p sona · quod & in trinitate
peccare · Una enim deitas trinitatis · &
unum in utroq; lib& piaculu impietatis
admittit · Propterea non patiebamur
dissensionem manere animoru in quib;
manebat concordia fidei · & in quib; eade
confessionis forma constabat · & quidita
paratum est ad concordia his qui dm pura
mente uenerant · quam unum atq; idem
sentire de do · sicut e contrario · nihil tam pa
ratum est ad discrepantia quam diuersitas
fidei · Tunc enim uere & mansu&us quisq;
secundum pphetam bellator efficit · cum se
uiderit p patientia fidei detrimenta sentire
quietam do infert damnu suo casu · In nob
enim diuersest ds · idest sionis nos possessio ei
efficiamur p fidem. Sic ergo nos etia in ipsa
dissensione habuimus aliquid amplius cauens ·
& rursum in coniunctione nobilius · ita ut fa
cile possit e medio culpa furari · quae ex utroq;
latere laudabiliter d&egit. Sed qm ipsa p se
uelocitas pacis non sufficit ad cautela · digna
ei adhibeam auxilia · ipsum unigenitu filiu
di · ipsum eius uerbu ac sapientia inuocemus.

& precibus ac lacrimis inplorem. & mente
ac cogitatione teneamus. illud ante omnia
considerantes. quoniam nihil tam bonum. nihil
tam preclarum. nihil tam excelsum quam
substantia ac natura dei. nisi forte quis etiam
substantiam cum uelit intellegi quam in semet
ipso habet esse quod est. ex quo & ceterę omnis
creaturę secundo loco esse suscipiunt. Quae
cumque ille a deo uel post deum primę sunt. an
gelicas dico cęlestesque uirtutes quae primę
suscipientes splendorem lucis eius & ueritatis.
atque ab ipso inlustratę. & iam ipsę lux efficiuntur.
perfectę lucis claritate fulgentes. In illa ergo
ineffabili & excelsa dei natura. nihil tam propri
um. nihil tam fixum intellegere possumus.
quam pacem & quietem. Neque enim dissen
sio ulla in natura dei. quia nec dissolui posse
sentienda est. sed tantum unitatis & concor
dię & in semet ipsa habere & inpartiri creaturis
ceteris estimanda est. ut etiam hoc ipso nomine
nuncupari se deus aliquando uelit. id est pacis
& caritatis. Nam & iohannis dicit quia deus
caritas est, & paulus de unigenito dicit. quia
pax nostra est. De angelis uero quid dicam in quibus

qui dissentire ausus est & extolli supra mensu
ram atq; in conspectu omnipotentis dī rebellare.
ita ut supra nubes ponere sedem suā cogitaret.
& sicut ait pphā dignas adrogantiae suae & dissen
sionis poenas dedit. p luce ut esset & tenebrae condēp
natus. immo ut uerius dicam a semet ipso tenebrae
effectus; Ceteri uero qui in suo ordine & loco per
manent. nihil tam ppriū possident quā pacē
& unianimitatem. nihil ita student quam ut
unum sint. & ex unitate trinitatis exempla sumū
ter. qm̄ & ipsa trinitas dš unus est. tam unitate
uoluntatis. quam & unitate substantiae; di ita
q; est pax. & eorū qui adpximant & coherent
dō. contraria uero dō dissensio & bellū. quae
sine dubio eorum est qui alieni & auersi sūt a dō.
qui simul dō. & paci aduersant̄. dissensionib;
gaudentes. & pturbationib; gratulantes. Qm̄ qui
dem & princeps eorū. atq; auctor diabolus. tam
ipse malorum fecunditate. a semet ipso discordat.
quam etiam alios ex abundantia sui in arma
dissensionis instigat & ad bella furoris inpellit.
Quia ille homicida erat ab initio. & sedet insi
dus in occulto ut interficiat innocentē. & ut
sagittet in obscuro. Omne corpus ecclesiae.

Dum singulos quosq; callidis obscurisq; consi
liis decipit. & ex parant quib; q; occasionib;
locum sibi introeundi in animos eorũ primo
subtiliter facit. Tum deinde uel ut occupata
iam statione totus inmergit. Sicut fieri sol&
in obsidione murorũ. si exigua pars unius
anguli fuerit interrupta continuo p singu
los in repente omnis introibit atq; urbem
optinebit exercitus. Satis idoneo ut opinor
ad unanimitatẽ & pacem diligendã & dissen
siones ac discidia fugienda huiuscemodi
prouocamur exemplo. cum utiq; omnis anima
quae imaginem in se di gerit imitatione debe
at gaudere diuinã ut nobilitatẽ generis sui
ex hoc maxime ostendat. dum desuper nis
trahit exempla uiuendi & ad similitudinẽ
se caelestis conuersationis instituit. Tum
deinde respiciam̃ & iam in caelo sursum &
in terra deorsum. secundum commonitio
nem diuinam. & consideremus totius creaturę
federatissimas leges. Quomodo caelũ & terra adma
re. atq; omnis iste mundus cunctaq; di elem
ta magnifica p. quae p & iam di uirtus tacite
praedicat. donec inter se in pace & quiete.

&pprios naturę suę terminos seruant. nec
unum aduersum alterum insurgens. in
stitutę pactas uincula dissoluit. quib; eas opifex
omnium sermo dí primę conditionis legib;
iunxit. stat mundus. & pulchritudine sui
ac decore pręfulget. nec quicquã aliud
exquiri potest quod splendori eius & gratię
conferri aut exaequari queat. simul autem
ut a pace & quiete destiterit. penitus etiã mun
dus eẽ desistit. & nec alia ex causa quam sui
dissensione ac ppria elementorũ seditione
soluet. Nunc ergo mecum totius mundi in
tueri uide ordinem pacis. quomodo caelũ
quidem aeri lucem. terrę pręstet calorem.
aer uero imbrib; terram foueat. & animan
tib; cunctis uitam tribuat respiratus. terra r
uero fructus & uictus super eã inuentibus
materno quodam pręebeat famulatu.;
Quid uero istę pmutationes temporum paula R
tim suas uicissitudines inmutantes. & auste
riora queq; uel frigoris. uel caloris paulatim
& pparter mortalib; inferentes. ut non laeder
re subita. sed etiam delectare sensim repa
rata uideant utilitati simul uoluptatiq;

ministrantia. Quid etiam dies et nox aequis
sibi inuicem portionib; succedentes operi
bus alia. alia ad quietem fessis mortalib;
mancipata. uel quod mare intra terminos suos
definita statione cohibet. et pacifica terris
ad pulsionem coniunctum copias suas aflu
enter humanis usib; praebet. Quid uero
de sole dicam et luna. ac stellarum fulgore
et multitudine. quae omnia ordinem cursus
sui inmobili obseruatione custodiunt;
Quid etiam de perennitate fontium. quid de fluen
tis fluminum certis statutisq; terminis con
tento itinere pergentium. quid animantium
tam diuersa genera sibiq; contraria. quorum
alia agrestem et feram. alia mansuetam
et uicinam hominib; ex parte uitam. et alia
quidem hominum patiuntur obsequia. alia
uero ipsa sui feritate delectantur. Cum ergo
haec omnia ita se habeant. et certis quib;q; de cau
sis quas nouit ipse qui uniuersa dispensat in hac
conpagine concordiaq; cuncta constricta
sint. quid aliud oportet ex his omnib; intellegi
et conici. nisi quod pax et unanimitas per haec
omnia humano generi ostenditur et praedicatur;

Si uero dissensio aliqua aduersum se huic ma
teriæ generet̃. & sedicione qualib& solutionē
sui medit&̃. uel si diuino nutu aliquid ex ista
conpage moueat̃. ad peccantium modũ atq;
impiorum poenam. siue mare efferuescat.
uel terra quatiat̃. uel ꝑnitiosus imber. & pesti
fer decidat. aut sol subtracta sui luce refugiat.
aut aer ardorib; excandescat. aut ultra men
surã sui naturã ignis exęstu&. excidium sine
dubio mundi. & interitus uniuersitatis putat̃.
& bonum pacis elementorũ sedicione subuertit̃.
Ut omittam populos & urbes & regna exercitusq;
numerosos. ut omittam domus coniugiaq; quę
omnĩa ꝑ pacem & concordiam constãt. per dis
sensiones uero soluunt̃ & pereunt. Ad israhel
ueniam. & de populi illius uos miseriis commo
nebo. de dispersione eius & captiuitate in qua
& nunc sunt & erunt adhuc; certissimum enim
ex his quae de eis praedicta sunt. & ostendã eorum
mala quae & uos ipsi diligenter agnoscitis.
& quae fuerit horum omnium malorum
ex causa. ut ex aliorum correptionib; nos quid boni
habeat concordia cognoscam̃. Non ne isti dĩi
inter se pacem haberent. & ad dm̃ ingemiscerent.

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

uniuersi. aegypti fornacis ferreę ponde
rib; pressi & tribulationib; suis in semet ipsos
collecti. Interdum enim & tribulatio optimum
quoddam est salutis remedium. Populus sanctus
dicebatur. & pars domini. & genus regale. sacerdo
tale. & huiuscemodi appellationib; decora
bantur. Sed & magistratib; & ducib; agebantur
his qui agerent ipsi a deo. praecedente eos co
lumna ignis & nubis die ac nocte. antece
debat eis fugientib; mare. caelum uero esu
rientib; ministrabat. poculum petra sitien
tibus exhibebat. bellantib; protensio sola
manuum uictoriam dabat. & triumphos sola
oratione capiebant. transire uolentib; flumi
num sistebantur fluenta cognati maris imitata
famulatum. & prebebant elementa serui
tium. hostiles muri tubarum solis clangoribus
uertebantur. Aegyptiorum uerbera & decem
famosissimas plagas ad eorum gratiam inlatas
praetermissi. & uocem dei ex monte auditas. & du
plicem legis lationem. aliam in littera. aliam
in spiritu. ceteraq; innumera & inmensa quibus
tunc carnalis contra meritum suum honoratus est israhel.
Postea uero quam egritudine coepit dissensionis.

urgues & inpariter secuti sunt. & unus quisq; quod placitum erat in oculis suis faciebat. & statuerunt sibi regem non p dm̄. & prin cipem non per consilium eius. Postea quã ieroboam. & roboam. postea quam factiones & seditiones. postea quam of fendere coepit puer ad seniorem. igno bilis ad honoratũ quid sit & quid paciant. Lamentatio nos docet hieremię lamentan tis eos & plangentis de captiuitate babylo nię. simul & historię ueterum docent. quomodo magnificus ille & admirandus murorum ambitus subruit atq; subuer tit. urbs preclara & opinatissima psternit. Scãficatio templi destruit. ornamenta & do naria delubri sacratissimi p̄ fanis manibus diripiunt. Scã scõr. polluat pedib; concul cant. & illa quae & u̾ scõrum oculis inuisa fuerant. & pedib; inaccessa. impiorũ & pol lutor. direptionib; populabant. Senes. ne mo miserebat. iuuenes absq; respectu trucidabant. Matrib; & uirginib; nihil pudoris. nihil uerecundię seruabatur. altarib; non solum alieni ignis. uerũ etiam

hostiles adhibebantur. Fluebant sanguinis
flumina: non hostiarum religione. sed
hostili crudelitate profusa. nec arietum.
sed hominum cruore manantia. Naza
rei in terram prostrati. ululatus pro hymnis
audiebantur. Et ut ex ipsis aliquid lamen
tationibus hieremiae loquar. Filii sion
honorabiles. et exornati auro. delicati
et maiorum nescii uias nouas. et asperas
abierunt. et uiae sion luxerunt quia non
erat qui ueniret ad diem festum; Sed et
paulo ante. manus mulierum misericor
dium coxerunt filios suos. inedia scilicet
obsidionis urguente. et comederunt fruc
tum uentris sui. et dulce solatium liberorum.
factum est solatium famis. Videtis qui sint
exitus dissensionum. et quid discidiorum
fructus. Annectitur quia propter nos haec
scripta sunt. in quos fines seculorum deuenerunt.
Ego denique quotiensque librum istum hieremiae
accipio in manibus. et lamentationibus eius
inhereo. lego enim frequentius lamentationem
hieremiae. quotiens mihi securior successibus
uideor. ut commonear per lectionem

in fine pl…

quid inmineat, nisi obseruauero. & lacri
mis repleor. & uox mihi supra concluditur.
cum ante oculos adduco quod gestum est. &
cum lamentante lamentare me credo.

Haec uero iam quae eis nouissima acciderunt
postea quam pastorem suum noluerunt
oues morbide. & in rabiem uersę cognoscere.

Postea quam extenderunt quasi in hominem
manus in dominum sceleris sui piaculum commi
serunt. postea quam uiderunt pendentem
uitam suam & non crediderunt. quis digne
lamentetur aut quis pro merito exponat. Ipse
tamen exitus docet & captiuitas eorum sub
tecta romanis. cuius quis potest enumera
re clades. quibus conscribi de eorum mise
riis possunt. nisi quod unus liber est uniuer
sus orbis terrę. qui uastitatem eorum cotidie
calamitatesque testatur. & hierosolimorum ad
fundamenta usque destructio. cuius nemini
gressus quidem eis conceditur. nisi forte hoc solum
ut sub die lamententur & lugeant desolationem
eius. & ultra nusquam prorsus appareant.

Cum ergo tam grauia & tam perniciosa habeam
dissensionis quam fugienda sint quam uitanda

quis dubitat. Verum est adhuc aliquid
grauius. si post curatã tristiciam & de
gustatum pacis bonum. rursum in ean
dem quis dissensionis uergatur insaniã. &
quod dici solet ad p̃prium uomitum re
uertatur. Cum utiq; etiam inperitiq;
& indociles periculis soleant erudiri & ex
tremę leuitatis sit semp̃. ut de malis ad bona
ita etiam de bonis ad mala transferri. &
uelut aura facili huc atq; illuc permutari.
Puto enim quod illos qui in dissensione p̃ma
nent spes aliqua futurę concordię releuet.
& multum his conferat futurę emendatio
nis expectatio. In uerõ qui frequenter ad con
cordiam redeunt. & rursum in dissensiones
& iurgia deuoluuntur. Cum aliis hominibus
qui p̃diderunt bonis. etiam spe correctionis
exuti sunt; Similis est enim apud illos ut ui
deo discordia & concordia. nec in altero
magis adherent. dum ad utrumq; facile
deuoluuntur; Nemo sane me estimet dicere
quia omnem pacem dico amplectendã esse.
Scio enim sicut in multis discordiam utilem
ita in aliquantis p̃niciosam eẽ concordiã.

Sed illam dico pacem quae in bonis et pro bono est
et deo nos sociat. et ut breuiter de singulis
diiudicem mihi ita uidetur quod neque inferius
mensura sua aliquid bonum dicitur. neque si metam
excedat et euadat. Id est neque per leuitatem
omnibus sociari. neque per priuitatem ab omnibus
discordare. Similiter et enim et remissio
utilis est. et propter uitas in prouerba. Certum est
namque quod aduersum impietatem et ignibus
et ferro potestatibus et legibus pro ueritate
debemus obniti. Tantum ne fermentatum
malitiae polluamur. et consensum prebeamus
in malis. Nec quicquam ita pertimescendum est
quam ne aliud quid timeamus quam dominum. et per
timorem prodamus fidem et ueritatem;
Ubi uero causam tristiciae adferunt suspitio
nes humanae. et superfluus metus. Ibi melior est
feruore patientia. et asperitate lenitas. pul
chrius namque est et utilius. ut in communi
corpore permanentes. Instruamus nos in
uicem tamquam alterutrum membra. Instru
amus autem eo modo quo apostolus dixit. In spiritu man
suetudinis. non per superbiam. neque per imperium.
uelut tyrannidem putantes libertatem nostram.

sed tamquam frs. & aequales. commonitionib;
nosmet ipsos & cohortationib; prouocantes.
Cum haec ergo ita se habeant fratres amplecta
mur nos inuicem & conplexemur. & cum
omni puritate & sinceritate mentis in con
cordiam redeamus. Imitantes illum qui me
dium parietem saepis soluit. & p sanguine
suum pacificauit. non solum quae in terras.
sed quae in caelis. Dicamus ad religiosissimum hunc
& mitissimum patrem & mansuetissimum
pastorem. Eleua in circuitu oculos tuos &
uide congregatos filios tuos. & ecce uides qd
optabas. qd desiderabas die noctuq; ut in senec
tate tua bona nouissimum uiuens duceres tempus.
Ecce omns conuenerunt ad te & sub alis tuis req
escunt. & altare sui circumdant qui cum
lacrimis abscesserant. cum laeticia reuertuntur.
Gaude & laetare pater optime. & indulgentis
sime. & dic etiam tu nobis. Ecce ego & pueri
mei quos mihi dedit ds. Adde & illam domini
cam uocem congruentissimam tibi. Quos de
disti mihi seruaui. & non pdidi ex eis quen
quam. Nec est aliquis in eis filius pditionis.
sed omns manent in uno spu unanimes. conla

borantes· in fide euangelii unum sentientes·
armati scuto fidei praecincti lumbos in ueritatem· unum solum scientes aduersum diabolum
bellum· & aduersum eos qui possunt corpus
occidere· animae autem nihil facere possunt·
timeamus uero eum qui potest animam &
corpus perdere in gehennam. Seruantes
bonum depositum quod a patribus suscepimus· ado
rantes patrem· & filium· & spiritum sanctum· In filio
patrem· in spiritu filium· intellegentes· in quo
baptizati sumus· in quem credimus· cui con
fessi sumus· diuidentes ante quam coniungamus·
& iungentes antequam diuidamus· non tria·
unum dicentes· neque enim in substantiua
nomina nominamus· id est unam solam sub
stantiam sentientes· ut scilicet diuitiae nostrae in no
minibus sint & non in rebus· & rursum dicimus
tria unum· non secundum substantiam sed secundum
substantiam deitatis· unitatem in trinitate
uenerantes· & trinitatem in unitate confi
tentes· Tota ergo trinitas adoranda quia tota
regalis est· Unius enim potestatis· & unius
gloriae· Supra mundum· supra tempora in
creata· inuisibilis· inconprehensibilis· inuesti

gabilis. Quae quo ordinem apud semet ipsam
sit. ipsa sola cognoscit. a nobis autem similiter et
aequaliter adoratur. Sola est enim intra sancta
sanctorum uniuersam creaturam in exteriori
bus habens. et ipsa quidem primo uelamine
dirimitur a caelestibus; reliqua rationabilis crea
tura secundo contegitur uelamento. Post illam
uero rursum secundo uelamine nos dirim
mur a caelestibus; Haec nos sentientes fratres
et conspuantes eos qui huic fidei aduersantur.
alienos habeamus a ueritate. et pestilentes
putemus. et siquidem possibile est curari eos
nulla inuidia. si uero insanabiles sunt refu
giamus et uitemus ne forte morbi eorum conta
gio maculemur. et ne non tam illis tradamus
nostram sanitatem quam illorum nos egritudinem
capiamus. Pax autem dei quae superat omnem
mentem custodiat corda uestra in Christo Iesu domino nostro.
cui gloria et potestas in secula seculorum AMEN.

EXPLICIT DE RECONCILIACIONE ET UNITA
TE OMNIA ETHORUM. INCIPIT DE GRANDINIS
UASTACIONE CUM S PATER EPS RETICERET.

Quanto laudabilem soluitis ordinem. quid
inpellitis linguam legi iustissime seruientem.